Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-580599-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-580599-p0002-5

ENCOMION CONJUGII

In honorem nuptiarum præstantissimi atq; literatissimi viri juvenis

DN. MARTINI REINHARDI,

Viri admodum Reverendi, excellentissimi Domini CONRADI REINHARDI, Theologi exercitatissimi, Superintendentis & pastoris Ecclesiæ Bernburgensis meritissimi, Filii,

SPONSI,

Et

Honestissimæ castissimæq; virginis,

MARIÆ DOROTHEÆ,

Reverendi & doctissimi Viri Dn. CHRISTIANI FLAMINII, Pastoris Ecclesiæ WOLFFIANÆ bene merentis, Filiæ,

SPONSÆ.

Celebratum in Wolffen 30. Maij Anno M. DC. XXX.

Scriptum
â
Fratre, Patruelibus, Adfinibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-580599-p0004-7

NEc verbis opus est, loquitur res ipsa probatq;
Cœlibe præ vitâ, Conjugium esse bonum,
Nec referam, quæ sacra urgent edicta JEHOVÆ;
Non Homo, solus Homo, sic malè vivit Homo,
Hæcce puella venit, CHRISTO Duce & Auspice CHRISTO,
Dimidium Cordis, Dimidiumq; animæ
Adjutrix operum, Generis nutricula, rerum
Custos, & vitæ Gaza, Corona domus.
Huic tu Frater eris, soror illa vocabitur abs te,
Nec solum hoc, vir tu, cras ea & uxor erit.
Inde pater, propria ceu voce, merebere dici
Fœcundæ Matris nomen & ista geret.
Sed jam svave dabis, velutiq; promulsidem Amoris,
Svaviolum, toties quo satur esse petet,
Musteolam toties blandis, lingvamq; labellis
Junget, & amplexus luxuriando petet,
Lactea molliculo toties tibi brachia nexu
Injiciens morsus & joca sæpè petet
Quin sibi mala petet toties vel punica mala
Mollitiem ut curet, fastidiumq; levet,
Et sic dormitum non incomitatus abibis,
Et diræ noctis terror inanis erit.
Nec surges, cum non recubantum signa duorum
Pressa tuis oculis lectulus ipse dabit.

Vesperâ sic mollis, bona Nox Matuta suavis,
Vestri hujus testes semper amoris erunt.
Sic anima nexu hoc juncti vivetis in una
In vita amborum Spiritus unus erit
Has tibi nunc satis est tandem accessisse Columnas
In quas plus ultra scribere mandat Amor.
Sed Deus hos orsus Thalami confirmet & ornet
Legitimi præstans, pacta secunda tori.
Hoc est ergò meum votum de corde petitum,
Quod DEUS in Cœlis audiat ipse suis,
Vos, inquam, servet longum duo corcula Amore,
Vitâ, Fortunâ, prole, Quiete DEUS.
Atq; ut vel tribus his complectar ea omnia verbis,
Quæ Sponso & Sponsæ versu animoq; precor,
Felice Auspicio medium felicius extet,
In fine Amborum, sit fine fine salus.

Veræ fraternæ devotionis ergo gratulatur

Cunradus Sebastianus Reinhardus.

Carmen Theologicum.

ACcipe, Sponse, tuam fatali Nomine Sponsam:
Non tibi DOROTHEA carior ulla siet.
Accipe, Sponsa, tuum fatali Nomine Sponsum:
Non tibi MARTINO carior ullus erit.

Vivi-

Vivite felices! pacis, pietatis amantes!
Gignite Dorotheos! Gignite Dorotheas!
Sic Reinharda Domus: Sic Flemingana virebit:
Sic gaudebit ovans vester uterq; parens.

NEmbt hin/ Herr Bräutigam/ die Gott euch hat gegeben:
Daß sie die liebste sey/ Sonn/ Wonn/ Kron vnd das Leben.
Nembt hin/ ihr Jungfraw Braut/ den Gott versehen hat:
Daß er der liebste sey: Der allerbeste Raht.
Lebt glücklich vnd friedlich/ fürcht Gott allzeit für allem:
Bringt Pflänzelein herfür/ die Gott vnd euch gefallen.
Alsdañ blüt Reinharts Nam: Alsdann grünt Flämings stam:
Alsdann der Väter hertz ehr vnd frewd haben kan.

Dn. Sponso, Patrueli suo carissimo
gratulabundus F.

Sebastianus Reinhardus, Servus Jesu
Christi in Ecclesiâ Dessanâ.

Imitation
Au Seigneur Jesus Christ à ces
nopces.

IL fault, que, qui bastit un grave bastisage,
Ne craigne le conflict du temps n'y de l'orage
Ains qu'il ait ses aspects, a son avancement
Aux Cimẽts tres-parfaicts, pour faire un fondemẽt.

Pour tant, qui convié, Seigneur Jesus, au nopces,
En Cana, as changé en vin les eaux fort doulces,
Je supplie ardemment, permets des Quietez
Pour Lors, & en avant, aux Nouveaux Mariez,
Donne Leur Ton Esprit, Qui Leur Cœurs encourage
A ne craindre l'afflict, Tempeste n'y l'orage,
Mais bastissants sur Toy Leur ferme fondement
Du Ciment de la Foy angle Du bastiment.

Ad Sponsum.

SPonse, Heraclitus eris, pervolvens tempora; cernis
Quàm fera, quàm verè ferrea cuncta sient.
Est ita; cur igitur, rebus sic stantibus, oram
Vergis ad Alcestem virginis, adq; torum?
Non te Martis opus; Non te taratantara terret?
Nec non qui Pelago sævit Orion, hyems?
Hæsito: sed fatis cedo, qui sorte in utraq;
Gaudendum & standum speq; fideq;, docent.
Sint igitur voces, ardentia lumina Martis,
Commonstrent dentes Mors satanæq; cohors,
Tu confide Deo, tandem malefida Tyrannis
Occidet, & Pietas tollet ad astra caput.

Ad

Ad Sponsam Sonetto.

WAnn man diß theil der welt/ mit jhrem glück vnd pracht
Bey sich erwegen thut/ ich weis man fünde keinen/
Der nicht stets müste drob/ wie Heraclitus/ weinen/
Vnd klagen über schwerdt/ blut/ fewer/ kriegesmacht.
Vnd/ Jungfraw Braut/ Jhr wolt/ die straffen vngeacht/
Euch in den Standt der Eh'/ in solcher zeit/ begeben/
Gedenckend stets darin in fried vnd ruh' zu leben/
Das ists/ das dißfals mir/ ein grosses dencken macht.
Doch/ weil des Himmels will/ vnd ewrer Eltern wissen/
In diesem Ehrenwerck den rath zusammen schliessen/
So wird er ewre wonn/ vnd jhr seyn seine frewd/
Wil gleich der weißheit schaar/ die zeit/ die Himmelszeichen/
Vnd auch der KriegesGott/ euch dräwen grosses leid/
Der Regen wird der Soun/ das leid der frewde weichen.

Ad convivas, Ænigma.

HÖre doch: Ein Kriegesmann/ nit zwart nach krieges Orden/
Im nahmen aber fast/ dem Krieges Gott gleich worden/
Rein in der Gottesfurcht/ Hart in der lieb' verbrant/
Traff einen Christen an/ vons Fewers Flamm bekant.
Von dem begehrt' er hülff/ vnd weil/ in seinem Garten/
Er schöne pflántzlein hatt'/ nach aller zier vnd arten/
Bekam er eine Pflantz zu heilen seinen brandt/
Die Bittre Gottesgab/ von Gott also genant.
Darvon ward er stracks heil/ vnd führt den Pflantzen Zeiger
Als einen Raub/ darvon/ Gott lasse seinen Seiger
Des lebens lauffen lang/ auff daß der Kriegsmann hab'/
Von jhm viel edle frücht der Bittren Gottes gab'.

Wer

Wer nun begehrt hieraus/ daß er die Deutung habe/
Der muß den Christen mit der Bittren Gottes Gabe/
Die Pflantz/ den Kriegesmann/ den Rein vnd Wart
Die Flam̃/ erwegen wol/ so wird sie jhm bekant. (verbrant.

Novæ adfinitatis ergò gratulabundus

Christianus Theopoldus.

QUi thalamum sanxit, conservat & ornat JOVA,
Innumeris vestrum, exornet itemq; bonis.
Cedant bella thori, succedant gaudia Fati,
Vivatisq; precor, sponseq; Sponsa diu,
Imò: vivatis vivacis secula cervi,
Secula, quæ vobis gaudia pura sient.
Sicq; existentes multâ de prole parentes
Captetis demum gaudia fixa poli,
Voti quod vobis patruelis amande dicavi,
Eveniat certò, faxit Jova potens.

ἕνεκα τῆς Φιλίας hæc fovebat

Christianus Cludius Hatzgerodâ-
Anhaltinus.

Cl 1926

ULB Halle
001 556 118
3

Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindermeister
Merseburg a. S.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-580599-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-580599-p0012-1

ONJUGII

imi atq. literatissimi

I REIN-

,

cellentissimi Domini

RDI, Theologi

lentis & pastoris

eritissimi, Filii,

I,

virginis,

OTHEÆ,

On. CHRISTIANI

esiæ WOLFFIANÆ

Filiæ,

Æ.

Maij Anno

ldfinibus.